



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentarivs Pavli Bernriedensis, Antiqvi Scriptoris, De
Vita Gregorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

XXVI. De cælesti iocunditate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](#)

XXII. Hic est enim, cuius & in vita GREGORII VII. talem fecimus mentionem, quod videlicet Dominus noster IESVS CHRISTVS eius denotans incontinentiam, HERLVCÆ vigilanti, & fortè singulariter in ædiculari sedenti, clara die cum vulneribus sanguine manantibus apparuit; nihilque dicens post momentaneam stationem euanuit. Secutus eum fuerat Beatus PRÆSUL Wiesterpus; qui paulò diutius subsistens, interrogavit eam dicens: *Nunquid exhorruisti cruenta vulnera Salvatoris?* Verè, inquit, exhorruī. Ait: *Non vñ eum unquam taliter videre?* Respondit: *Nolo Domine. Noli ergo,* inquit, *vñterius audire missam Richardi presbyteri.*

XXIII. Posthæc tamen adē melioratus est idem Sacerdos per assiduas increpationes, & exprobrationes Herluca, quod in fine suo, magnas ei gratias egit de spe liberationis suæ.

XXIV. Illud etiā in gestis* Præminati Papæ COMEMORATUM non pigritabor hīc repeterē, quod videlicet quadam die, præsente Domina Hadeuuiga, dum fortè persenestrā * exspectaret Herluca, subito percutiens pectus suum, dixit: *Væ, Væ, Væ, quod unquam creatus est homo.* quod * contra, Domina ait: *At at quid habes?* Anima, inquit, Adalberti presbyteri de Rotacum magna damonum violentia ducitur ad supplicia. Cumque non hoc ita esse optaret hera: *Misatur, ait Herluca, & probetur.* Missum est; & exitum eius visioni conuenisse probatum est.

XXV. Vidisse eam aliquando ipsa quoque supplicia Tartari, inde conieci, quod pro certo dixit, nullum apud inferos ignem ardentiorem esse, igne excommunicationis.

XXVI. Porro, quod de cælesti iocunditate nonni-

*Leguntur hæc
in vita Grego-
rij VII. non
procul à fine.
Ex quo intelli-
girur eundem
esse auctorem
Historie de
Greg. VII. &
de Herluca.*

hil praeuiderit, feruentissimum desiderium eius ostendit. Audiui eam inuocare D E V M testem, quod nunquam tam atrocem alicuius, Martyris passionem compierisset, quin eam libenter pateretur, eo pacto, quod disolueretur, & esset cum C H R I S T O.

XXVII. Quantam verò gratiam in conuertendis, & lucrandis D E O animabus habuerit, nullus sermo explicare poterit: Supradictus Rudbertus Hadeuuigæ maritus, & ipse tandem per crebras exhortationes eius vna cum coniuge ad cælibem vitam conuersus, affirmare non dubitauit, nunq. præter sanctam M A R I A M, sibi, & suis aliquam fœminā tam utilem fuisse, quā Herlucam.

XXVIII. Habuit idem Rudbertus filiam pulcherimam, vocabulo Iuditam, quæ huiusmodi occasione conuersa est ad propositum conseruandæ Virginitatis. Cum diu blandita fuisset ei Herluca, quatenus immaculatam se custodiret ab hoc sæculo, & nuberet C H R I S T O: sed ipsa nihil ad beneplacitum respondisset, forte contigit, ut post septuagesimalem vesperam, in qua plurimi dimittere solent, alleluia; egressis omnibus, ipsæ duæ remanerent in Ecclesia, & audirent suauisona Beatorum spirituum Cantica nihilominus cum alleluia:

2 alluditur ad particeps fieri cælestis harmoniæ. At illa, unde, inquit,

Vocem Germanicam, herc
lich.

ego peccatrix digna fieri possem tam ^a herili auditione? Tu potius filia velociter reuertere, & beatis auribus sanctorum iubilationes diligenter percipe. Quid multa? dum finirentur suprena modulamina, finita sunt pariter & infima felicis Iuditæ desideria, omnemq; speciem sæculi para ta relinquere, & sanctum Sanctorum toto corde diligere, dixit Herlucæ: O Herluca, quidquid amodò volueris, & iussus, libentissime faciam.

XXIX. Tar-